

curam nuptiarum extraneæ.
 Declaratur quintò, vt locū non habeat hæc præsumptio, quando pater donauit filio. Nam tunc præsumitur ei donare et vt filio, non vt heredi. Ita in specie declarat Bald. in l. filia cuius, nu. 7. C. fam. l. ercisc. Et ratio esse potest, quia hic consideratur affectio quædam singularis erga personam ipsius filij.

Declaratur sextò, vt non procedat prædicta præsumptio, quando in stipulatione et adiecta fuit aliqua conditio, significans patrem stipulatum, fuisse filijs, vt filijs, non vt heredibus, vt puta fratres inuicem stipulati sunt dotes pro filiabus, si relictiis filiabus legitimis & naturalibus decesserint. Ita respondit Corn. in dict. consil. 288. col. 3. vers. quod tertio confirmatur, lib. 1.

Hic annexi potest illa egregia disputatio, quando concessio facta est alicui pro se & heredibus, de quibus intelligi debeat, an scilicet de filijs & descendantibus, vel de extraneis. Qua de re copiosè disserui in consil. 255. num. 17. cum multis subsequentijs lib. 3. vbi constitui, atque distincti octo casus, quos breuitatis gratia non refero.

Quando procurator nomine sui principalis contraxisse præsumatur, & quando quis nomine alterius idem fecisse credatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Procurator ad contrahendum constitutus, nomine constituentis contrahere præsumitur.
- Idque procedit etiam certo pacto adiecto, num. 13.
- Vel si post aliquod tempus procurator is contrahat, nu. 14.
- 2 Actus sequens præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus.
- 3 Stipulationem de reddendis decem, ob mutuum præcedens factam præsumitur.
- 4 Fideiusor præsumitur fideiussisse pro causa, pro qua in actu præcedenti fuit tractatum.
- 5 Tutor contrahendo de re ad pupillum spectante, nomine pupilli agere præsumitur.
- 6 Creditor mandans debitori, vt numeret Sempronio, quod causa mutui debet, præsumitur numerando causa mutui facere.
- 7 Vasallus suscipiens inuestituram, & iurans fidelitatem, in executionem mandati à domino facti, facere præsumitur.
- 8 Nauta promittente mercem vehere, illis in nauim illatis, ad executionem præcedentis tractatus factum præsumitur.
- 9 Laudum ab arbitrio prolatum præsumitur eam ob causam, ob quam ferri debuit.
- 10 Administrationis rationem reddi petens, quid exprimere debeat.
- 11 Promittere nomine proprio qui tenetur, si id factum appareat, præsumitur ob causam antecedentem.
- 12 Mandato facto de interficiendo Seio, homicida in executionem illius præsumitur fecisse.
- 13 Traditio semper in consequentiam contractus venit.
- 16 Procuratorem nomine constituentis contraxisse præsumi, locū quomodo non habeat contra tertium.
- 17 Leges nemo præsumitur ignorare.
- 18 Procurator contrahens, non expresso nomine procuratoris suo nomine contraxisse præsumitur.
- 19 Heredem se in instrumento contractus asserens, contractum tanquam talis inijisse præsumitur.
- 20 Nunciatus alteri, ne in fundo Sempronij fabricet, tanquam illius procurator facere præsumitur.
- 21 Cuiem se asserens in contractu, is cum eo, vt ciue præsumitur inius.
- 22 Procurator habens mandatum generale simpliciter contrahendo præsumitur nomine proprio facere. Vide declarationem. num. 25.
- 23 Actus qui nomine tam proprio, quam alieno fieri potest, præsumitur nomine proprio factus.

- 24 Persona extrinseca in actu non subintelligitur.
- 26 Procuratore contrahente super negotio, quod ad dominum pertinere non potest, cui acquiritur.
- 27 Procuratorio nomine non præsumitur quis contraxisse, vbi delictum resuleret.
- 28 Procurator non acceptans mandatum, vtrum contrahendo præsumatur nomine mandantis facere.

P R A E S V M P T. XLIX.

PROCURATOR constitutus ad emendum, vel alium contractum celebrandum, si simpliciter emit, vel aliter contrahit, præsumitur et contrahere nomine illius, à quo ià fuit constitutus procurator, l. pignori. §. vt. ff. de vfu. cap. Bal. in l. si pater. C. commun. vtriusque iud. Bart. in l. qui in aliena. §. is qui putat. ff. de acq. har. & ibid. Ang. Imol. Comen. & Alex. in l. post dotem. ff. sol. matrim. & ibid. Iaf. num. 73. idem in l. §. nunciatio, nu. 3. ff. de noui oper. nunc. Mar. in l. statuliber, nu. 8. ff. de q. Soc. in tract. fallen. in verb. mandatum alias est, reg. 253. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 2. & Tiraq. in tract. de retract. conuent. ad fin. num. 117. Bologn. in dict. l. post dotem, nu. 101. Et huius sententiæ ea est ratio, quia alias hic, qui mandatum suscepit, delinqueret fallendo fidem mandantis. Bald. in l. felicissima. C. de ijs, qui à non domino manumit. & Aret. in d. l. qui in aliena. §. is qui putat. ff. de acq. har. Et confert egregius ad rem hanc locus M. Cic. in Oratio. pro Sext. Rosc. Ameri. cuius verba hæc sunt. In privatis rebus si quis rem mandatam non modò malitiosius gessisset, sui questus, aut commodi causa, verum etiam negligentius, eum maiores summum admittisse dedecus exitimabant. Itaque mandati constitutum est iudicium, non minus turpe, quam furti. Hæc Cicero, qui sententiæ huius egregiam commemorat rationem, quam, ne nimis sim, referre supersedeo. Accedit & ratio, quod et actus sequens præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus, l. 4. §. vnde queri potest. ff. de manumissil. post dotem. ff. solut. matrim. ibi, filia voluntate. l. qui in aliena. §. is, qui putat. ff. de acq. har. l. si seruis communis. ff. de stipul. seruor. & l. vltim. versic. quod enim. C. per quas person. nobis acquir.

Hinc scripsit Bar. in l. triticum, nu. 5. ff. de verb. oblig. quod stipulatio et de reddendis decem, præsumitur facta propter mutuum præcedens. Et Bartolum secuti sunt in d. l. triticum. Alex. & Iaf. num. 35. Mar. in dict. l. statuliber, nu. 8. ff. de quest. Alc. in d. præsumpt. 24. num. 2. Crau. in consil. 131. nu. 14. & simile est, quod tradit Dec. in l. certi conditio. §. si nummos, nu. 13. §. 15. ff. si cert. pet. secuta numeratione præsumi factum ob præcedentem stipulationem, vt illa impleatur.

Hinc etiam respondit Alex. in consil. 25. lib. 2. fideiusorê præsumi et fideiussisse pro causa, pro qua fuerat tractatum in actu præcedenti. Et præsumitur de ea præcisè actum, quando in continenti contractus est secutus. Idem Alexan. in consil. 197. num. 12. lib. 2. Et illum secutus est Aleiat. in d. præsumpt. 24. num. 2.

Hinc etiam dicimus, quod tutor et contrahendo de re spectante ad pupillum, præsumitur nomine pupilli contrahere & agere, l. qui negociationem, in princip. ff. de administr. tutor. l. post mortem. §. 1. ff. quando ex facto tutor. Et tradunt Bal. in l. si pater, col. 2. C. communia vtriusque iud. Corn. in consil. 27. num. 7. lib. 2. Alc. in d. præsumpt. 24. num. 2. & scripsi supra in præsumpt. 46. in 2. declarat. nu. 9. & in specie procuratoris idem respondit Dec. in consil. 77. nu. 3. in fi. Idem de alio administratore responderunt Capra in consil. 13. num. 6. & Gratian. in consil. 188. num. 16. lib. 1.

Hinc etiam dicimus, quod si creditor et mandator debitori

et vt numeret quod debet Sempronio causa mutui, & is delictor simpliciter numerat, præsumitur numerare ob causam mutui mandatam. Ita Socin. Sen. in l. singularia, in 2. notab. ff. si cert. pet. & ibidem Dec. & Cagnol. in l. le&. num. 20.

Hinc etiam respondit Barb. in consil. 11. col. 6. num. 13. lib. 2. quod vasallus et suscipiens inuestituram, & iurans fidelitatem, id facere præsumitur in executionem mandati à domino facti.

Hinc tradit Soc. in l. 2. col. vt. vers. aliquando, & quart. to. ff. de cond. & demonstr. quod et si nauta promisit vehere mercem aliquas, & deinde apparet, illas fuisse in nauim, præsumitur id factum in executionem præcedentis tractatus. Et Soc. secutus est Ruin. in consil. 122. nu. 7. lib. 4. qui simile assert.

Ita pariter dicimus, laudum et ab arbitrio pronunciatum, præsumi prolatum ob causam illam, ob quam ferri debuit. Ita responderunt Castr. in consil. 136. visis, & consideratis, lib. 1. Corn. in consil. 126. lib. 4. & Crauet. in consil. 202. nu. 18.

Ita pariter idem Crauet. in consil. 231. num. 14. quod petens reddi rationem et administrationis, exprimere debet res, & quantitates administratas, si ergo Actor in prosecutione causæ simpliciter res ipsas exprimit, & specificat, præsumitur id fecisse ob causam ipsam administrationis.

Huc facit, quod respondit Socin. Sen. in consil. 68. col. pen. vers. vnde non video, lib. 3. quod si quis tenetur promittere et proprio nomine, & deinde apparet eum promississe, præsumitur ob causam antecedentem, ne pe proprio nomine.

Hinc etiam dicimus, quod si quis mandauit Seium et interficere, homicida præsumitur fecisse in executionem præcedentis mandati. Ita Innoc. in cap. ad audientiam, de homicid. Bar. in l. non solum. §. mandato. ff. de iniur. Imo, in Clem. 1. de penis. Roma. in l. post dotem. ff. sol. matrim. & ibidem Alexand. & Iaf. in l. §. nunciatio, n. 3. ver. quarto facit. ff. de oper. noui nunc. qui hoc verum esse affirmant, etiam si Seius ille fuerit ex interuallo occisus. Idem tradunt Curt. Sen. in l. pacta nouissima. C. de pact. & Mar. in l. statulib. nu. 7. de quest. & in l. vnica, num. 426. C. de raptu virginum. Et conferunt quæ mox dicemus.

Extenditur primò, vt procedat etiam quòdo procurator fuit et constitutus ad celebrandum contractum, certo adiecto pacto, sicuti in eo, qui factus fuit procurator ad vendendum adiecto pacto, de retrovendendo. Nam tunc si procurator simpliciter vendit, præsumitur vendidisse cum eo pacto, modò emptor sciuerit procuratorem illum sic fuisse constitutum. Ita Affl. dec. 1285. nu. 21. & Tiraq. de retract. conuent. ad fin. nu. 116.

Extenditur secundò, vt procedat hæc præsumptio et etiam si procurator per temporis interuallum emit, actu vè mandatū executus est. Nam ad huc præsumitur fecisse in executionem ipsius mandati. Ita Imo. Comen. & Roma. in l. qui mihi donatum. ff. de donationib. & ibidem Roma. in l. post dotem. ff. solut. matr. Alc. in d. tractatu de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. num. 6. vers. limitatur tertio.

quæ ea ratione moti sunt, quod traditio et semper venit in consequentiam contractus, iuxta l. quædam mulier. ff. de rei vend. de qua dicemus infra lib. 6. in præf. 25. His constat, minus rectè sensisse Bart. in l. qui donatus. ff. de dona. Rom. in l. qui in aliena. §. si is qui putat. ff. de acq. har. & Alex. in consil. 25. nu. 7. lib. 2. & Soc. in tract. fallen. in verbo, mandatum habens. Nec obstat leg. mult. in fi. C. si quis alteri, vel sibi, quia respondet Alecia. quod ibi præcedens ille contractus erat inualidus, & propterea traditio ad illum non refertur, & hinc etiam fit, quod ibi non adhibetur distinctio, an incontinenti, vel ex interuallo fiat.

Declaratur primò, vt locum habeat præsumptio quo ad mandantem, & mandatarium, secus verò quo ad tertium. Nam cum ipse procurator simpliciter contraxerit, poterit tertius contra illum agere, tanquam sibi obligatum nomine proprio, ita Bar. in d. l. qui in aliena. §. si is qui putat. ff. de acq. hæred. Comen. in l. post dotem. ff. solut. matrim. & ibidem Alexand. & Iaf. num. 74. idem Iaf. in l. §. nunciatio. ff. de operis noui nunc. Socin. Sen. in consil. 68. col. penult. lib. 3. & Alecia. in d. præsumptio. 24. num. 4. & Tiraquel. in tractat. de retract. conuent. ad fin. num. 118. Et moti ij sunt arg. l. sed Iulianus. §. 1. ff. ad Macedon.

Et rationem illam esse scribit præcitato in loco Alecia. quia iste tertius est in præsumpta ignorantia mandati præcedentis, merito compelli non debet, vt agat contra dominum, cum quo fortè nõ contraxisset, si sciisset suo nomine contrahi.

Verum (inquit Aleciatus) si iste sciret mandatum, secus esset, ex quo nemo præsumitur et ignorare leges. Et confert l. post mortem, versic. nisi forte creditor. ff. quando ex facto tutor.

Et non posset tertius iste allegare hanc ignorantiam, quando in ipso contractu apposita fuisset certa qualitas, quæ significaret illum contrahere cum illo tãquam procuratore, vt puta si nominaretur ille procurator. Nam illud nomen significat officium, sub quo dicitur contrahere, l. vt. ff. de instit. actio. & l. cum post. §. 1. ff. de administr. tutor. Et tradit Ang. Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, nec non ad querelam, num. 27. versic. tertio nõ admittitur. Sicuti contra, quando et procurator contrahit non expresso nomine procuratoris, sed solo nomine proprio, præsumitur suo nomine tantum voluisse contrahere. Ita Corn. in consil. 9. num. 8. lib. 2. Iaf. in l. post dotem num. 73. ff. sol. matrim. & in l. §. nunciatio, num. 4. ff. de oper. noui nunc.

Huc pertinet doctrina Ang. in l. si proponas. §. 1. ff. de inoffic. testam. cum dixit, quod si quis in instrumento asseruit se et heredem, præsumitur cum eo fuisse celebratum contractum tanquam cum herede.

Hinc etiam docuit Imol. in l. fed. & si. ff. de acq. hered. si quis in iudicio asseruit se patremfam. & cum eo fuit litigatum, non poterit deinde ille contrarium dicere, ex quo tanquam cum tali, lis fuit tractata, arg. l. Pompo. §. rati. ff. de procur.

Huc etiam facit tex. l. si pater. §. qui duos. vbi Bald. ff. de adopt. vbi consideratur qualitas deducta in contractu, & quo nomine fiat, vt secundum eum valeat contractus, iuxta l. in familia. C. fam. l. ercisc.

Huc etiam pertinet, quod docuit Bart. in l. si ab vno, C. de negoc. gest. ex illo tex. l. si quis vendit domum, præsumitur vendere tanquam procurator Titij. Et Bartolus secutus est Alex. in dict. l. 1. §. nunciatio. ff. de operis noui nunciat.

Similiter pertinet traditio Bart. in l. si fundum per fideicommissum, de leg. 1. & ibid. Imol. & ibidem Bart. in d. leg. 1. §. nunciatio, nu. 7. ff. de operis noui nunciatio. si quis et alteri nunciat, ne adificet in fundo Sempronij. Idem scripserunt Felin. in c. cum M. nu. 17. de constitut. & Iaf. in d. l. post dotem, nu. 73. ff. sol. matr.

Hinc etiam respondit Dec. in consil. 283. num. 10. si in contractu quis asseruit se et ciuem, præsumitur contractus cum eo tanquam cum ciue celebratus.

Declaratur secundò, vt non procedat hæc præsumptio, quando mandatum præcedens fuisset valde generale. Nam licet tunc talis contractus potuerit in eo mandato comprehendi, attamen ex quo potest etiam esse, quod de eo non fuerit actum, quando procurator et simpliciter contraxit, præsumitur potius fecisse nomine proprio, leg. 3. sed quod de tutore, versic. et si quidem. ff. iudic. sol. Ita tradunt in specie Alexand. & Iaf. in dict. l. post

post dotem ff. solut. matr. Alciat. in d. regul. 2. præsump. 24. num. 5. verfic. limitatur secundo. qui motus est traditione Bart. in l. gerit. num. 12. ff. de acqu. hered. Cum dixit. quod quando actus fieri potest nomine proprio. & nomine alieno. in dubio præsimitur factus nomine proprio. argum. l. & magis. ff. de solut. Et dicemus infra. ubi explicabimus. cuius nomine. & causa præsumat facta solutio.

24 Et praterea accedit. quod persona extrinseca in actione non subintelligitur. l. si ita stipulatus. §. Chryzogenus. de verborum obligation. Caterum declarationem hanc intelligit Roman. in dict. l. post dotem. ff. soluto matrimonii. nisi procurator iste generalis contraheret super re domini. vel communi. vel sub commemoratione officij. Nam tunc tanquam procurator diceretur contraxisse.

26 Declaratur tertio. ut non procedat hæc præsumptio. quando agitur de re. & in negotio. quod pertinere non potest ad dominum. sed ad procuratorem tantum. Nam tunc non obseruatur. quod sit facta mentio mandati. vel non. sed acquiritur ei. cui acquiri potest. Ita declarant gl. in l. post mortem. §. 1. ff. quando ex facto tutor. Bartol. in l. 1. §. nunciatio. & ibidem Ialon num. 4. ff. de operis noui nunc. idem Iaf. in l. post dotem. num. 75. ff. solut. matr. & Alciat. in d. præsump. 24. nu. 7. verfic. limitatur quarto.

27 Declaratur quarto. ut locum non habeat hæc præsumptio. quando resultat aliquod delictum. si diceretur procuratorem contraxisse procuratoris nomine. Sicuti quando statutum prohiberet forensem immobilia acquirere. prout extat statutum hoc in Dominio Mediolanensi. in nouis constitutionibus in titul. de penis.

Hoc sanè casu si forensis mandauit Caio subdito. ut emat. & is emerit. non præsimitur emisse nomine mandantis. sicque illius foteus. sed nomine proprio. Ita in specie declarat Alciat. in d. præsump. 24. nu. 8. ex sententia Bald. in leg. scelicissima. C. de ijs. qui a non dom. & Aret. & in l. qui in aliena. §. si quis qui putat. ff. de acqu. her. Idem docuit Iaf. in l. 1. §. nunciatio. numer. 3. vet. 4. facit. ff. de oper. noui nunc.

28 Declaratur quinto. ut locum non habeat hæc præsumptio. quando procurator ipse non acceptasset mandatum. Nam tunc non posset dici contraxisse nomine domini. Ita declarat Alciat. in d. præsump. 24. in fin. ex sententia Bald. in leg. qui literas. C. mandati. & Alexand. in dict. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. Verum (ait Alciatus) si procurator faceret actum. qui non posset pertinere nisi ad dominum. ex ipso facto videretur acceptasse mandatum. Quod (inquit Alciatus) probatur in leg. qui seruum. §. idem in co. ff. de neg. gest.

Acquisita à filio. quando ex bonis patris. vel proprijs acquisita præsumentur?

S V M M A R I V M.

- 1 Bona filij habitantis cum patre. & negocia illius administratis profectitia præsumentur. Nisi tamen urgentiores coniectura in contrarium adsint. numer. 2.
- 3 Bona filij habitantis seorsum à patre aduentitia præsumentur. & ex eius industria acquisita.
- 4 Agenti contra possessorem. onus probandi incumbit.
- 5 Bona filij nec cum patre. ab eo seorsum habitantis. qualia præsumentur.
- 6 Militiam emptam filio à patre habente bona obligata. vtrum ex pecunia creditorum præsumentur emptam.

Dubitari frequenter solet. an quæ sita à filio præsumentur. vel ex proprijs bonis. vel sua industria. vel bonis patris acquisita. atque ita. an aduentitia. vel profectitia præsumentur? Bal. in l. cum oportet. in prin. nu. 12. C. de bon. quæ libe. visus est distinguere duos casus. alios adiungemus nos.

Primus est casus. quando filius habitat cum patre. & bona ipsa patris administrat. Hoc casu præsumptio est. quod si acquisita sint profectitia. atq; ita ex bonis patris. Ita Bald. in d. l. cum oportet. num. 12. quem secutus est Calcan. in consil. 19. num. 4. Roland. in consil. 90. num. 8. lib. 2. qui alios multos refert. & sequitur Mascard. in conclus. 221. Et inquit Calcan. in d. consil. 19. nu. 6. hanc esse præsumptionem naturalem. & vehementem. Et eo in responso Calcan. colum. 1. multis rationibus. & argumentis sententiam hanc comprobat. & præsertim l. filij licet. C. de collatio. Idem sentit Alciat. in tract. de præsump. regul. 3. præsump. 25. Quæ quidem præsumptio maximè procedit. quando constat patrem dedisse aliquam summam pecuniarum ipsi filio. ut negociaretur. sicuti considerat Calcan. in d. consil. 19. num. 5. Et rursus hæc præsumptio magis. & magis confirmatur. quando pater deinde filio tacente. & consentiente. declararet illa acquisita esse ex proprijs bonis. quemadmodum quæ pater rebus ipsi acquisitis. filium ipsum emancipat. & patrem ipsorum acquisitionum. vel omnia pro sua portione assignat. Ita considerat Calcan. in d. consil. 19. col. 1. verfic. sexto istam partem. Extenditur ut locum habeat etiam si pater confiteatur. & protestetur se emisse ex pecunia filij. Nam adhuc hæc confessio non prodest ipsi filio. ita Bald. in l. iubemus. §. 1. C. ad Trebell. quem secuti sunt Decius in consil. 184. nu. 11. Roland. in consil. 54. nu. 12. lib. 3. Becch. in d. consil. vlt. nu. 4. & ego secutus sum in consil. 982. in tertio dubio. lib. 10.

Declaratur tamen hæc præsumptio. ut locum non habeat. quando alijs vrgentioribus coniecturis apparere posset. filium aliunde acquisuisse. quam ex bonis patris. ut puta si ab extraneo habuit pecuniam. & ipse pater est adeo pauper. ut verisimile non sit. filium ex bonis patris acquisuisse. vel si filius est artifex. & ex lecto alia negocia cepit pertractare. Hoc sanè casu præsumentur. quod non ex pecunijs patris acquisierit. Ita sentit Bald. in d. l. cum oportet. nu. 12. post gl. ibi. Rom. in consil. 159. in fin. Et idem concedit Calcan. in dicto consil. 19. num. 6. dum vult. esse considerandam personarum qualitatatem. Idem manifestè docuit Lucas de Penna in l. facultas. in fine. C. de iure fisci. lib. 10. Idem respondit Socin. Senior in consil. 249. in fine. lib. 2. & accedit Alciat. Clemens. in commentarijs de patria potestate. effectu 2. num. 26.

Secundus est casus. quando filius seorsum habitat à patre. & negociatur. Hoc casu præsumentur filius sua industria acquisuisse. atq; ita illa bona præsumentur aduentitia. Ita sentit Bart. in tract. de duobus fratribus. nu. 5. & in d. l. cum oportet. num. 5. & apertius Bald. ibi. in princ. num. 12. idem Bald. in l. vltra. ff. de don. inter virum. & vxorem. Calcan. in d. consil. 19. nu. 11. Ea ratione motus est Baldus. quia non tenetur filius dicere titulum suæ possessionis. sufficit enim dicere possideo. cum agenti contra possessorem incumbat onus probandi. l. ei qui. & l. circa. ff. de probatio. cum similibus. Et hic facit tex. l. quando quæque. ff. de verborum oblig. quo dicimus. filium stipulando patri præsumi ex causa aduentitia. Et ibi annotant Bart. & reliqui.

Tertius est casus. quando filius non omnino habitat cum patre. nec omnino seorsum. ut puta quando est in castris. militia à se empti. Hoc casu militia illa præsumentur empti pecunia patris. l. vlt. C. de pignor. Et hanc esse

esse iuris præsumptionem scribit Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. in tit. de præsumpcio. §. species. num. 5. in verbo. in prædictis. Et probarunt Lucas de Penna in l. 3. verfic. 158. præsump. C. de apoch. public. lib. 10. & Alciatus in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 25. Et hæc quidem præsumptio hanc habet vtilitatem. iuxta dict. l. vlt. Cod. de pign. quod si quis habens omnia bona sua obligata. emit militiam filio. potest creditor intentare ius hypothecæ aduersus filium ipsum. quia lex præsuntit empti esse militiam ex pecunia ipsius creditoris peruentæ ad patrem. Et ex d. l. vlt. sic docuit Bar. in l. Imperator. §. vlt. num. 3. de leg. 2. quem secuti sunt Ruin. in consil. 199. num. 12. lib. 2. & in consil. 52. in fin. lib. 5. & Capic. in decis. 194. num. 15. & Alciat. in d. præsump. 25. qui subiungit. hodie procedere. quando specialiter mutatum fuit ad emendum militiam.

Quartus est casus. quando verè sumus in dubio. Hoc casu præsumentur pro possessore. & ideo qui non possidet. si asserit emptum ex pecunia patris. probare debet. Ita gloss. in dict. leg. cum oportet. in verbo. ex eius substantia. quam secuti sunt Alexand. in consil. 140. num. 3. lib. 5. & Mascard. in tractatu de probationibus in conclus. 1144. numer. 13. qui alijs similibus comprobatur.

Acquisita per vxorem. quando ex bonis mariti acquisita præsumentur diligens. & accurata explanatio?

S V M M A R I V M.

- 1 Acquisita à muliere. ex bonis mariti præsumentur quæ sita. in iuris præsumpcio. num. 2.
- 3 Vtilius videri debet. quod honestius est.
- 4 Mulierum tenuis est industria. virisq; operari tenentur.
- 5 Acquisita etiam ab vxore putatiua. ex bonis mariti præsumentur.
- 6 Vxor etiam putatiua de adulterio accusari potest.
- 7 Concubina ex bonis mariti præsumentur acquisuisse.
- 8 Concubina. quæ dicatur.
- 9 Quæ sita turpis in concubina facilius. quam in vxore præsumentur.
- 10 Concubina à lege honesta persona loco habetur. Et an diuersum sit hodie. num. 13.
- 11 Compræhensio dicitur. non extenso. quæ eandem habet rationem.
- 12 Donatio inter concubinos permixta est. nisi concubinarius miles sit.
- 14 Vidua intra annum lactus. ex bonis mariti præsumentur acquisuisse.
- 15 Vidua intra annum lactus. eandem quam in matrimonio castitatem præstare debet.
- 16 Acquisuisse mulier ex bonis mariti. vel vidua intra annum lactus præsumentur. etsi illud neget. Reiecta opinione Bald. & aliorum. num. 25. Distinguitur Alciat. num. 26. Et licet matrimonio constante adulterium commisisset. numero 17. Procedit etiam præsumptio hæc contra singularem mulieris successorem. num. 18. Et ad commodum heredis mariti. tum etiam successoris singularis. num. 19. Nec refert. si ante matrimonium contractum se pecuniam eam habuisse asserat. num. 21.
- 20 Exceptio de iure tertij obijci potest. quando intentionis agentis exclusiua est.
- 22 Bona reperta penes mulierem matrimonio constante. vel intra annum lactus. mariti præsumentur.
- 23 Prelato post beneficium adeptum acquirente. præsumptio est pro Ecclesia ex eius bonis acquisitum fuisse.
- 24 Mulieres quomodo prelati equiparentur.

27 Pecunia reperta penes mulierem. ipsius fuisse præsumentur. si maritus id sit confessus. Et sufficere præsentem. & recente marito. mulierem pecuniam suo nomine alicui numerare. num. 28. Distinguit tamen Alciat. num. 29. 30. & 31.

32 Mulier industria. quæ verisimiliter ex suis negociationibus acquirere potuit. non præsumentur ex bonis mariti acquisuisse. Nisi tamen fors ipsa principalis fuerit mariti. num. 34. Vel in contrarium extet consuetudo. ut omnia vxores maritis acquirant. num. 35.

33 Mulier quas operas marito præstare teneatur.

36 Mulier habita pecunia à consanguineo. non præsumentur bona deinceps acquisita. ex bonis mariti acquisuisse. Idem si ab amato. vel etiam ex turpi quæstu. cum id donatum in ipsius dominio permaneat. num. 37.

38 Mulier diues. nupta pauperi. ex sua potius. quam mariti pecunia acquirere præsumentur.

39 Mulier administratrix bonorum alicuius. ex illis potius. quam ex turpi quæstu præsumentur acquisuisse.

40 Marito transeunte ad domum vxoris. mulier ex proprijs bonis. non mariti præsumentur acquirere.

41 Mulier proprietatem rei habens consolidata demum cum usufructu. ex proprijs præsumentur acquirere.

42 Mulierem ex bonis mariti acquisuisse præsumi quomodo non habeat locum. quoad bonorum recuperationem. sed pretium tantum.

43 Res empti abs te pecunia mea. non mea. sed tua sit. pecunie mihi solum repetitione competente.

44 Mulier. quæ reperitur possidere bona acquisita. in iudicio possessorio obtinet. Id tamen quomodo accipiendum. num. 45.

Q Mutius Scævola. ut refert Pöponius in l. Quintus. ff. de donatio. inter virum & vxor. ita respondit. Cum in controuersiam venit. vnde ad mulierem quid peruenerit. & verius & honestius est. quod non demonstratur. vnde habeat ex istimari à viro. aut qui in potestate eius esset. ad eam peruenerit. Rationem Pomponius affert. cur ita responsum sit. euitandis scilicet turpis quæ situs gratia. Quam quidem Scævola. & Pomponij sententiam confirmauit Alexander Severus in letiam. C. de don. inter virum & vxor. his verbis. Nec est ignotum. quod cum probari non possit. vnde vxor matrimonij tempore honestè quæserit. de mariti bonis eam habuisse. veteres iuris auctores merito crediderint. Hs adducti responsis. vno ore interpretes nostri pro regula statuerunt. acquisita à muliere. præsumi quæ sita ex bonis mariti. Ita gl. Bar. & reliqui in d. l. Quintus. & in d. l. etiam. & in l. cum oportet. num. 5. C. de bon. quæ liber. & sic gl. in c. 2. de don. inter virum. & vxor. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de præsump. §. species. num. 5. in verbo. in prædictis concordat. qui rectè scripsit. hanc esse præsumptionem iuris. Innoc. in c. cum ex officij. de testam. Bald. in l. cum oportet. num. 12. & 13. C. de bon. quæ lib. qui hanc honestam esse præsumptionem. quod Pomponio scripsit. idem in consil. 30. Proponitur. quod quidem. & in consil. 53. A libello. lib. 4. Ang. in consil. 285. super primo puncto. Albiat. in d. l. etiam. verfic. quartus Vbert. Fulgol. in consil. 198. in princip. qui dixit esse præsumptionem iuris. sic & Paris. in consil. 42. num. 2. lib. 1. Soc. Sen. in consilio 249. in fin. libro 2. Cremon. in singul. 6. in princip. Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 26. Boer. in quæst. 81. num. 1. & num. 5. verfic. 1. casu. Crauet. in consil. 81. nu. 4. & Mascard. in conclus. 214. num. 1.

Et alij multi. quos infra commemorabimus. Nec huic præsumpcio repugnat. quod dānosa hæc mulieri videatur. Nam cum summoueat turpem suspensionem. magis